

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Acceptio personarum n
cum fonte primo

Vos non attenditis merita causarum
sed personarum, non iura sed munera,

non quod ratio dicit
sed quod uoluntas affectet,
non quod senciatur sed quod mens cupiat,

non quod liceat
sed quod libeat.
Nunquam in uobis est ita simplex oculus
ut totum corpus sit lucidum,
sed aliquid semper admiscetis
fermenti quo totam massam corrumpitis.

Innocencius libro II. de uilitate condicionis
humane.

Vos autem non attenditis merita causarum,
set personarum; non iura, set munera;
non iusticiam, set pecuniam;
non quod ratio dicit,
set quod uoluntas affectet;
non quod lex sanctiat, set quod mens cupiat.
Non inclinatis animum ad iusticiam,
set iusticiam inclinatis ad animum,
non ut quod licet hoc libeat,
set ut liceat hoc quod libet.
Nunquam in uobis ita simplex est oculus
ut totum corpus sit lucidum,
set semper aliquid admiscetis
fermenti quo totam massam corrumpitis.

Innocentius III, *De miseria condicionis*
humane, 2.4 (R.E. Lewis ed., p.149, ll.5-15).